

10.4
Illustrissimo, et Beato Somino
Domino Cardinali Bandino.

Pro.

Maiestate Catholica, Comes
de Monterey orator exord.^s



Rex Catholicus, huius sanctae Sedis deuotissimus filius, ad firmandum inter Ecclesios pacem, et tollenda multa, et quotidiana e suis Regnis scandala, ad gloriam, et exaltationem sanctae Virginis Mariae, et commendationem cultus Ecclesiae pro eius Immaculata Conceptione celebranda instituti, suppliciter persuasit, et oras rogauit V. B., ut dignaretur tandem decidere molestam controuersiam eadem Virginis Conceptionem a pluribus iam saeculis exortam, et ad haec nostra tempora protractam cum magna animarum iactura, et multarum nationum scandalo prout in decretis, et litteris Pontificijs asseueratur, transuentibus et ab Ecclesijs ad seculares rixis, et discordijs, ex quibus minis tratus errandi periculum, contententibus etiam inter se de hoc mysterio uiris minus doctis, et illiteratis, qui quod loquuntur ignorant, nec percipere possunt rem grauissimam, de qua controuertitur. Quod cum hucusq. obtinere desiderauerit, denique instat, et repetitis litteris humiliter, et quae potest perat efficacia, ut commune hoc gaudium in Dei matris honorem Christiano Orbi V. S. uelit impartiri. Neq. diffidit, sed certo sperat segram hanc obtenturum hoc primum tempore, quo perturbatis rebus Xpianis, et commotis ad arma a uersis Europa Principibus diuinum auxilium necessario uenit implorandum, quod in similibus Ecclesiae necessitatibus V. S. His predecesores non aliter inuecarunt, quam praestatis, aut praemis aliquibus Deiparae Virginis obsequijs quibus uires salutis mediaticem ad iuuuendum rebus iam perditis, uel desperatis exortauerunt. Hinc uniuersae feminae Virginis festiuitates, uel exordium, uel incrementum acceperunt. Constantinopoli festum Purificationis Virginis Mariae institutum est prodepellenda magna pestis illuc. Leo 4. festi Assumptionis Dei genitricis Octauam festiuam uoluit, propter infensissimum basilicum a fornice Ecclesiae. Haec Lucia in Orphica plurimos uisus, et haec miserabiliter praestinentem, eadem die inde depulsum. Visitationis festum ab Urbano 6. institutum, et a Bonifacio 9. promulgatum est ad tollendum illud grauissimum schisma, quod Ecclesiae Dei ab obitu Greg. XI. usq. ad Martinum V. miserè lacerabat. Festiuitati Natiuitatis Virginis Mariae addita Octaua propter multiplices Frederici 2. molestias, et insidias, quibus impediti uiginti et uno mensibus electionem Pontificiam mortuo Celestino 4. festum Presentationis a Pio 2. recenter institutum Paulus 2. eum mala innumera in Orbe creuissent approbauit, et solemniter concessis etiam indulgentijs celebrari imperauit. Cultus sabbathinus Virginis nec non officium paruum a sacerdotibus reitandum exordium habent ab Urbano 2. ad recuperanda terram sanctam, et Xpiani Orbis tunc temporis oppressi afflictiones subleuandas, quod statuerit in Concilio Paromontano. Gregorius nonus impulsu meridiano qui antea institutus erat ad orandum contra Turcas, salutari iussit sacratissimam Virginem, ut tribulata et oppressa Ecclesiae per Fredericum dignaretur succurrere.

His exemplis super est, ut V. S. suum nunc addat in Virginem obsequium, qua in re quos imitetur etiam cognomines duos atq. alios habet praclaros et sanctos Pontifices: In quibus Ecclesiae ueretur angustijs ipsa contuetur. Non minor V. S. erga Virginem deuotio, neq. maior illorum temporum tribulatio aut obsequijs deuinuenda Virginis necessitas. Accipiat itaq. hunc a V. B. honorem ut ab omnibus pro omni tempore, et uita momento Immaculata dicatur et sancta. Gauiat ut irrefragabilis Sedis apostolicae decisionis, et aperta controuersiae definitionis nulli imposturum liceat de Sancto, et Immaculata eius Conceptu dubitare. Quod si ad controuersiae definitionem (quam praed. Rex humiliter petit, et summis uois in his suis litteris exoptat) difficulter se V. S. in presenti reum statu accingat, interim saltem illud accipiat sacra Virgo honorificentia

ut stabilis et ap. diplomati declaratur celeberrimi eiusdem Conceptionis festi sensum
venerium celebrari, & preservationem Virginis a peccato orig. in primo instanti sua Con
De quo in magnam summorum Pontificum, et brauim applicarum inuicem quibusdam
opinionis tenacibus placuit dabitare. Apertus, et claus debet esse omnium Eccl. festi
sensus, ut sciant fideles quid suo cultu venerentur, neq sane ullum circa huius fe
tionem potuisset subesse dubium, nisi Aduersarij Immaculate conceptionis eandem ab
fundamento uoluisset inficiari. Clarior enim est uel in ipso iure Canonico festi ueneren
tudo, seu commendatio sub Immaculate conceptionis sensu, quam ab ullo possit ratio
negari: Paterca, officij Hec Conceptionis a Pontificibus et Conilio Ord. commenda
simus est sensus; communis etiam est Cleri conceptus, et populi uniuersi consensus,
eodie quam Immacula celebrari conceptionem: ultra hoc certissima rem hanc fecerunt
decepsores Paulus V. et Greg. 15. quando de sola illa doctrina, qua immacula pradiat
Conceptionem, uoluerunt, tam in publicis actibus, quam in secretis quibuscumq; confabula
agi aut tractari; reiecto etiam, et exploso omnino ab hoc cultu uel ipso sanctificationes, non
omnino certum est, sacro sanctam Eccl. non aliud doceri, quam celebrat, nec celebrari
docet; cum itaque, tam publice quam secreto nihil aliud doceri uelit quam Immacula
certum omnino sit eandem etiam ab eadem celebrari. Nihil ergo noui, neque de quo que
conqueri possit N. S. prestat, si quod iam dixerunt sui Predecessores, et multis argumen
manifestum, dignetur amplius declarari seu confirmari, illam addendo mysterio Con
mac. auctem, ut eadem solemnitate, et certitudine celebretur, quo eundem Virginem
aut Assumptionis festiuitates. Accipiat itaq; in presenti rerum calamitate hoc a
genitrix munusculum. Si dignis si pie a nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati
quoniam misericors est, et mater misericordie, sane compatietur nobis si pie fuerit
Profecto Dominus dabit benignitatem, et terra benedicta Mariae dabit factum
quillitatis, et pacis, modo acceperit dona in hominibus, quibus prestitura est

H.
Bemar. scr. a. in
domin. 1. post epiphon

Handwritten text at the top of the page, possibly a header or address.

Handwritten initials or a small signature.

Handwritten signature or name, possibly 'D. ...'.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of cursive script.

